



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Thomæ A Kempis Can. Reg. S. Augustini. De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Augustæ Vindel., 1772**

Caput VII. De discussione propriæ conscientiæ, & emendationis proposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45780](#)

Si enim non accedo, vitam fugio:  
& si indigne me ingessero, offendam  
incurro.

Quid ergo faciam, Deus meus,  
auxiliator meus, & consolator in  
necessitatibus?

2. Tu doce me viam rectam: pro-  
pone breve aliquod exercitium, fa-  
cere Communioni congruum.

Utile est enim scire, qualiter sci-  
licet devote ac reverenter tibi præ-  
parare debeam cor meum, ad reci-  
piendum salubriter tuum Sacramen-  
tum, seu etiam celebrandum tam  
magnum & Divinum sacrificium.

## C A P U T VII.

De discussione propriæ conscientiæ, &  
emendationis proposito.

## V O X D I L E C T I .

I. **S**uper omnia cum summa humi-  
litate cordis & supplici reve-  
rentia, cum plena fide & pia inten-  
tione honoris Dei ad hoc Sacramen-  
tum

tum celebrandum, tractandum, & Tam  
sumendum, oportet accedere Dei  
Sacerdotem: em:  
punctio

Diligenter examina conscientiam  
tuam: & pro posse tuo, vera con- Tam  
tritione & humili confessione ead  
munda & clarifica: ita, ut nil gra- is com  
ve habeas, aut scias, quod te remor- tem &  
deat, & liberum accessum impedit.  
Tam  
& pulc  
ad hum

Habeas displicantiam omnium pec- Tam  
catorum tuorum in generali, & pro tam pa  
quotidianis excessibus magis in spe  
ciali doleas & gemas.  
ad retin

Et, si tempus patitur, Deo in se- Tam  
creto cordis cunctas confitere passio- tam in  
num tuarum miserias.

2. Ingemisce & dole, quod adhuc Tam  
ita carnis sis & mundanus: tan  
immortificatus a passionibus: tan  
plenus concupiscentiarum motibus

Tam incustoditus in sensibus ex- Tam  
terioribus: tam saepe multis vanis  
phantasiis implicatus:

Tam multum inclinatus ad exte- Tam  
riora: tam negligens ad interiora.

Tia

um, & Tam levis ad risum & dissolutio-  
re Dei rem: tam durus ad fletum & com-  
punctionem:

cientiam  
era con-  
ne eau  
nil gra-  
e remor-  
npediat  
um pec-  
, & pro-  
s in spe  
eo in se  
e passio-  
d adhuc  
us: tam  
s: tam  
otibus  
bus ex-  
is vanis  
ad exte-  
eriora.  
Tia

Tam promptus ad laxiora, & car-  
nis commoda: tam segnis ad rigo-  
rem & fervorem:

Tam curiosus ad nova audienda,  
& pulchra intuenda: tam remissus  
ad humilia & vilia amplectenda:

Tam cupidus ad multa habenda:  
tam parcus ad dandum: tam tenax  
ad retinendum:

Tam inconsideratus in loquendo:  
tam incontinens in tacendo.

Tam incompositus in moribus:  
tam importunus in actibus:

Tam effusus super cibum: tam sur-  
dus ad Dei verbum:

Tam velox ad quietem: tam tar-  
dus ad laborem:

Tam vigilans ad fabulas: tam som-  
nolentus ad vigilias sacras:

Tam festinus ad finem: tam va-  
gus ad attendendum:

U

Tam

Tam negligens in Horis per foli-  
vendis : tam tepidus in celebrando:  
tam aridus in communicando.

Tam cito distractus : tam raro ti-  
bi bene collectus ;

Tam subito commotus ad itam:  
tam facilis ad alterius dis plicentiam:

Tam pronus ad iudicandum : tam  
rigidus ad arguendum :

Tam laetus ad prospera : tam de-  
bilis in adversis :

Tam saepe multa bona proponens  
& modicum ad effectum perducens.

3. His & aliis defectibus tuis cum  
dolore & magna dis plicentia propria  
infirmitatis confessis ac deploratis,  
firmum statue propositum , semper  
emendandi vitam tuam, & in melius  
proficiendi.

Deinde cum plena resignatione,  
integra voluntate offer te ipsum in  
honorem nominis mei, in ara cordis  
tui holocaustum perpetuum, corpus  
tuum scilicet & animam mihi fideli-  
ter committendo.

Qur

Quatenus sic digne merearis ad offerendum Deo sacrificium accedere, & Sacramentum Corporis mei salvabriter suscipere.

4. Non est enim oblatio dignior, & satisfactio major pro peccatis diuidendis, quam seipsum pure & integre, cum oblatione Corporis Christi in Missa & in communione Deo offerre.

Si fecerit homo, quod in se est, & vere pœnituerit: quotiescumque pro venia & gratia ad me acceesserit, *Vivo ego, dicit Dominus, qui nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat: quoniam peccatum suorum non recordabor amplius,* sed cuncta ipsi indulta erunt.

### C A P U T VIII.

*De oblatione Christi in cruce, & propria resignatione.*

### VOX DILECTI.

I. *Sicut ego meipsum expansis in cruce manibus, & nudo corpo-*

U 2 re

ficiamus  
cili non  
est ad  
inæ mi-  
tatis &  
passio  
valeas,  
nes &  
e vigi-  
reme  
ommu-  
& of-  
votos  
& im-  
Com-  
ejores  
Ipse